

gratiam juxta mensuram dispositionis in suscipiente, non distinguentur a Sacramentis Legis veteris, quæ potius ex opere operantis quam opere operato conferebant gratiam.

R. N. Consequentiam: Quia Sacraenta novæ Legis ita dant proportionaliter ad propriam dispositionem suscipientis gratiam, ut homo semper consequatur majorem gradum gratiæ, quam sola virtute propriæ dispositionis assecutus fuisset. v.g. Si suscipiens Sacramentum pœnitentiæ sit attritus tantum, cum Sacramento mortuorum accipit primam gratiam, quam extrâ Sacramentum non recepisset, si habeat dispositionem contritionis vel charitatis perfectæ ut tria, cum Sacramento accipit gratiam ut sex, licet sine Sacramento accepisset tantum gratiam ut tria. Hæc autem de Sacramentis Legis veteris dici non possunt.

DISPUTATIO XVI.

*De Charactere, Causa & numero Sacra-
mentorum.*

Præter effectum principalem omnibus Sacramentis communem, qui est Gratia sacramentalis, aliqua Sacraenta, quæ propter hoc initera-bilia sunt, habent specialem effectum, qui vocatur Charakter. Deinde cum Sacraenta non ex natura sua, sed à causa libera habeant, quod sint signa practica gratiæ, inquiritur, quænam Causa rebus & verbis sensibilibus determinatis hanc efficaciam alligaverit.

QUÆ-

QUÆSTIO I.

*Quænam Sacraenta imprimitur Characterem
quæ hujus Entitas & Subjectum?*

Character est signum spirituale indeleibile in anima impressum, quo homo ad divina deputatur & ab aliis distinguitur. *Dicitur 1. signum spirituale* : quia est solo intellectu cognoscibile, significativum alterius videlicet gratiæ sanctificantis, configurationis cum Christo, deputationis ad divina & distinctionis ab alio. *Dicitur 2. Indelebile*: utpote inhærens animæ, subiecto incorruptibili, & non habens ullum contrarium. *Dicitur 3. Quo homo ad Divina deputatur* : videlicet ad Sacramentorum receptionem, & administrationem, fideique professionem. *Dicitur 4. & ab aliis distinguitur*: Qui videlicet non sunt insigniti Charaktere. De hoc Charaktere

DICO 1. Per hæc tria Sacraenta Character imprimitur scilicet per Baptismum, Confirmationem & Ordinem. S. Th. hic Q 63. a. 6. O.

Probatur 1. Ex S. Script. 2. ad Cor. 1. *Qui unxit nos Deus, qui & signavit nos.* Ad Ephes. 4. v. 30. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem Redemptionis.* Et ex Concil. Florent. in Decret. unionis & Trid. sess. 7. can. 9. de sacram. in genere. Ratio autem à priori est institutio Christi volentis, ut illa Sacraenta imprimerent Charakterem, per quæ homo specialiter ad divinum cultum deputatur & ab aliis distinguitur, quæque sunt perpetuo initerabilia; quæ quidem institutio ex antiqua traditione & definitione Ecclesiæ nobis innotescit; atqui dicta competit tribus his Sacramentis tantum: quia per Baptis-

Baptismum deputatur homo ad Ecclesiam Christi & professionem fidei, secernitur ab infidelibus, & sit capax alia Sacra menta recipiendi. Per Confirmationem deputatur ad fidem fortiter propugnandam. Per Ordinem denique deputatur ad actus sacramentales exercendos, seu Sacra menta administranda & conficienda.

Obj. I. Character videtur superfluus; ergo nulla est ratio vel necessitas illum in tribus Sacramentis admittendi: non enim requiritur, ut sit dispositio ad gratiam: quia per Sacra mentum in voto acquiritur gratia, & tamen non imprimitur Character; neque est necessarius, ut sit signum distinctivum: nam imprimis Deus absqne Character electos à non electis secernere potest; deinde neque est signum nobis: Cum Character sit aliquid spirituale, quod à nobis videri non potest. Deinum neque est signum respectu damnatorum: quia Character est aliquid spirituale, quod damnati absque divina Elevatione cognoscere non possunt; tandem Character non requiritur ad exercenda diversa sacra officia, cum ad hoc sufficere potuisset divina deputatio extrinseca, absque aliqua impressione Characteris.

R^e. Esto Character non sit simpliciter necessarius; fuit tamen conveniens, ut Christus Characterem institueret, ratione cuius Deus hominem quasi speciali jure sibi vendicaret, ut si aliquando à fidelitate deficeret, per hæc signacula perfidæ convinceretur; deservit igitur Character, ut Deus, Angeli, Beati & damnati Christianos ratione ipsius agnoscerent secundum quandam rationem specialem & expressionem, quâ Deo sunt magis obstricti; nec est absurdum, quod Deus cum intellectu damnatorum concurrat ad cognoscendum

Cha-

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 283

Characterem in Christianis damnatis ad majorem illorum confusionem; nos verò, licet illum in se ipso non videamus, agnoscimus tamen illum per fidem in sua causa videlicet in Sacramento. Porrò licet potestas exercendi quædam officia potuisset haberi per extrinsecam deputationem, congruentius tamen fuit, ut homo stabiliter & perpetuò per Characterem intrinsecè receptum ad divina officia deputaretur.

Obj. 2. Fit vitiösus circulus, dum probatur, quod tria illa Sacra menta sint initerabilia: quia Characterem imprimunt, & illa Characterem imprimere, probatur ex eo, quod sint initerabilia.

R. Quod initerabilitas probetur ex Charactere tanquam per causam à priori: quia quamdiu subjectum est actuatum aliquâ formâ, tamdiu non est capax illam recipiendi; atqui Sacramenti imprimentis Characterem proprius effectus est Character; ergo quamdiu subjectum est actuatum Charactere, tamdiu non potest illum effectum à Sacramento recipere, sed si semel actuatum est, semper est actuatum: quia Character est indelebilis ex natura rei; ergo qui semel suscepit Sacramentum imprimens Characterem, illud nunquam amplius recipere potest, quia nunquam potest amplius Characterem à Sacramento recipere; econtra character probatur per initerabilitatem tanquam per effectum, & à posteriori; non est autem vitiösus circulus, quando unum probatur per aliud & econtra in diverso genere causæ; ergo.

DICO 2. Character...reducitur ad secundam speciem qualitatis. S. Th. hic Q. 63. a. 2. O.

Probatur: Quatuor sunt species qualitatis; Character non pertinet ad primam neque ad tertiam aut quartam speciem; ergo pertinet ad secundam speciem;

speciem; non ad primam: quia neque est habitus neque dispositio; non est dispositio: quia hæc est facile mobilis. Character vero est indelebilis. Non est habitus, quia de ratione habitus est ut determinatè bene, vel determinatè malè disponat subjectum, vel in se absolutè, vel in ordine ad operationem; atqui Character subjectum indifferenter determinat ad operationem sacramentalem validè duntaxat exercendam, sive illa fiat religiosè sive sacrilegè, nam æquè Character influit in sacrilegam, quam religiosam administracionem vel susceptionem Sacramenti. Deinde habitus recipiunt magis & minus, possunt intendi in eodem subjecto; & licet difficulter sint mobiles, possunt tamen absolute amoveri; atqui Character indelebilis est, & intendi non potest. Neque pertinet Character ad tertiam speciem: quia neque est passio sensibilis, nec patibilis qualitas, neque ad quartam speciem: quia neque est figura, neque forma: quia formæ juxta Philosophorum acceptiōnem consequuntur terminationem quantitatis; ergo Character pertinebit ad secundam speciem qualitatis: quia est potestas spiritualis ad divina vel agenda vel suscipienda: Character Baptismatis reddit hominem capacem cætera Sacra menta suscipiendi. Character Confirmationis est potestas fidem ex officio propugnandi. Character Ordinis confert ordinato potestatem exercendi actiones Hierarchicas, consecrandi Eucharistiam, absolvendi à peccatis &c.

Obj. 1. Potentia quæ est secunda species qualitatis est principium operandi dimanans ab essentiā: uti patet in potentiis animæ; sed Character non consequitur gratiam sanctificantem, quæ in supernaturalibus se habet per modum essentiæ &

prin-

DE C
principi
beri posse
R. D
pertinet
virtus pr
tentia qu
qualitatis
ab essenti
riam, qua
seco com

Obj. 2
tiarecept
acter nil
Baptisma
Characte
fidem: c
quenter r
tia possit
actiones
Characte
actiones

R. C
partim p
est potest
mediante
tantum c
rament
quatenu
ipso me
necessari
subjectu
recipienc
DICC
tiva poter
63. a. 4.
teris est

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 285
principii radicalis : cum absque Charactere ha-
benti possit gratia.

R. Distinguendo Maj. Potentia quæ directè pertinet ad secundam speciem qualitatis , & est virtus principalis , dimanat ab essentia Con. Potentia quæ reductivè pertinet ad secundam speciem qualitatis , & est virtus instrumentaria dimanat ab essentia N. sed ad talem virtutem instrumentariam, qualis est Charakter, sufficit, quod ab extrinseco communicetur à causa principaliter operante.

Obj. 2. Si Charakter sit potentia , vel est potentia receptiva , vel activa: non receptiva: quia Charakter nil in se recipit ; non activa: quia Charakter Baptismatis nullam dat virtutem agendi , neque Charakter confirmationis dat virtutem profitendi fidem : cum ab aliquo non confirmato & consequenter non habente Charakterem per auxilia gratiæ possit fortiter propugnari fides , & in genere actiones Sacramentales sunt actiones sensibiles , Charakter autem non potest esse virtus faciendi actionem sensibilem.

R. Charakterem esse potentiam partim activam partim passivam , & quidem Charakter Baptisini est potentia passiva dupliciter, primò quatenus illo mediante actiones aliorum Sacramentorum non tantum corporaliter & materialiter , sed etiam sacramentaliter recipi possunt in subjecto. Secundò quatenus Characteres Confirmationis & Ordinis ipso mediante recipiuntur in intellectu ; nec est necessarium , quod ipse Charakter Baptisini sit subjectum recipiens , sed sufficit , quod sit ratio recipiendi.

DICO 3. Oportet , quod Charakter sit in cognitiva potentia anima, in qua est fides. S. Th. hic Q. 63. a. 4. ad 3. sive subiectum immediatum Charakteris est intellectus practicus. Pro-

Probatur: Illa potentia est subjectum immediatum Characteris, quæ per Characterem elevata movet alias potentias vel ad recipiendos, vel ad exercendos actus Sacramentales; Character enim est potestas spiritualis ad suscipienda vel administranda Sacra menta; atqui potentia per Characterem elevata est intellectus practicus: quia juxta principia S. Th. intellectus practicus per aëtum imperii movet executivè alias potentias ad operandum; ergo Character subiectatur immediate in intellectu pratico, cuius imperio dat efficaciam ad movendum vel dirigendum alias potentias in ordine ut recipient, vel ut eliciant aëtus divini cultus.

Obj. 1. Potentiae naturales immediate subiectantur in anima, ergo etiam potentiae supernaturales, inter quas numeratur Character sacramentalis.

R. N. Consequentiam: Disparitas est: quod potentiae naturales dimanent ab essentia animæ, ac animam immediate perficiant; potentiae autem supernaturales sunt ab extrinseco superadditæ, ac presupponunt potentias naturales, quas in operando perficiunt.

Obj. 2. Character in illo immediate subiectatur, cui imprimitur; atqui Character imprimitur animæ, ut loquitur Con. Florent. & Trid. est enim signum distinctivum animæ fidelis ab infideli; ergo immediate subiectatur in animam.

R. Ad hanc distinctionem sufficere, quod Character immediate imprimatur intellectui, & mediately animæ, de qua impressione mediata loquuntur concilia.

DICO 4. Character indelebiliter manet in anima S. Th. hic Q. 63. a. 5. in O.

De CHAR
Probati
per suum t
vel per sub
acter non c
nullum hab
mediatum
tum intelle
servans, ne
sit causa, q
per absolute
vativum ful
Character,
non esset te
Characteris
inuisisset.

Obj. 1.
men est co
damnatis;

R. N. C
tratum: i
piam mo
steri.

Obj. 2.
potentia;
Characteri
cramento.

R. Dis
acteris fi
quia etian
guere fide
non cessat
num per ac
ministret a
pienda

C

Probatur : Quidquid perit , vel destruitur per suum contrarium , vel perit ineunte subjecto vel per subtractionem conservationis ; atqui Character non destruitur per suum contrarium: cum tale nullum habeat ; neque per destructionem subjecti , mediatum enim subjectum est anima , immaterialis intellectus , Deus quoque , qui est causa conservans , non subtrahit suum influxum : cum nulla sit causa , quæ hanc subtractionem exigat , quamvis per absolutam potentiam concutsum suum conservativum subtrahere posset ; ergo manet semper Character. Unde Christianus à mortuis resurgens non esset rebaptizandus , aut reordinandus : cum Characterem Baptismi & Ordinis post mortem revivisset.

Obj. 1. Gratia est perfectior Charactere , & tamen est corruptibilis. Item fides non manet in damnatis ; ergo neque Character.

R. N. Consequentiam : quia gratia habet contrarium : nempe peccatum ; fides quoque requirit piam motionem , quæ non convenient Characteri.

Obj. 2. Cessante fine & actu potentiarum cessat potentia ; atqui in altera vita cessat finis & actus Characteris : nempe receptio & administratio Sacramentorum ; ergo etiam cessat Character.

R. Distinguendo Mi. In altera vita cessat Characteris finis adæquatus N. inadæquatus transeat : quia etiam finis Characteris est consignare & distinguere fideles ab infidelibus. Dixi transeat : quia non cessat finis etiam inadæquatus propriè: cum tantum per accidens ratione statūs non recipiat aut administret amplius Sacra menta , ad quæ tamen recipienda & administranda per Characterem Christianus de se manet habilis.

QUÆ-

QUÆSTIO II.

An Christus instituerit omnia Sacra menta, & an alter potuerit instituere?

Potestas instituendi Sacra menta est duplex: 1ma Authoritativa, quæ primario & per se independenter ab omni alio instituenti convenit; & illa est propria Deo, nec ulli puræ creaturæ est communicabilis: quia ille solus potest principali ter & authoritativè Sacra menta instituere, qui potest gratiam effectum Sacramenti & rem significa tam per Sacramentum producere; atqui hoc con venit soli Deo; ergo solus Deus habet potestatem authoritativam instituendi Sacra menta. 2da potestas est ministerialis à Deo commissa & dependens, qua rei sensibili communicari potest virtus significativa gratiæ; hæc potestas ministerialis rur sum duplex est: alia est ministerialis excellentiæ, alia est puræ ministerialis. Hæc est potestas rebus sensibilibus ex divina commissione communicandi vir tutem practicè significativam gratiæ absque ulla speciali prærogativa, illa est potestas hanc virtutem communicandi cum his prærogativis: 1. ut ha bens illam potestatem de condigno mereatur gratiam per Sacramentum conferendam. 2. ut Sacra menta in nomine ipsius administrantur. 3. ut non sit ita adstrictus Sacra mentis, quin possit sine illis effectus Sacra mentorum producere. His nota tis certum est, quod potestas authoritativa instituendi Sacra menta Christo quæ Deo competit. De potestate ministeriali

DICO 1. Christus... potestatem habuit excellentiæ, quæ competit ei secundum quod est homo: Et tam potestatem patuit ministris communicare. S. Th. hic Q. 64. a. 4. O.

Prima

De CHA
Prima
ministeria
ta, cuius e
toriam om
fetur, co
talem per i
nja conver
mentum c
ens gratia
dam princi
strumentor
Christi, un
baptizat: &
& efficiens
amentori
ne Christi
Apostoli &
tri Christi
Christus pe
tiore Sacra
dalenæ &
ergo Chri
statem Ex
Secunda
sita ad po
turæ: na
nitudo gra
potuist et p
pura crea
caput om
gratia.

Cui non
tæ homin
competat
pura crea

Pars II

Prima Pars probatur: Illius est cum potestate ministeriali Excellentiae instituere Sacra menta, cuius est esse caput Ecclesiae, esse causam meritoriam omnis gratiae, quae per Sacra menta confertur, concurrere ad eandem gratiam sacramentalem per modum instrumenti &c. atqui haec omnia convenient Christo quam homini, qui est instrumentum coniunctum divinitati in nobis producens gratiam sacramentalem, ideoque habet quandam principalitatem ut inquit S. Th. respectu instrumentorum extrinsecorum, qui sunt ministri Christi, unde dicitur Joannis I. v. 33. *Hic est, qui baptizat*: quia ipse est causa principalis meritoriae & efficiens instrumentalis omnium effectuum Sacramentorum, ipsa quoque Sacra menta in nomine Christi administrantur & conferuntur, unde Apostoli & Sacramentorum administratores ministri Christi appellantur I. ad Cor. 3. v. 6. denique Christus potuit effectum Sacramentorum sine exteriore Sacramento conferre, ut fecit dicendo Magdalene & Paralytico: remittuntur tibi peccata tua, ergo Christo convenient omnia requisita ad potestatem Excellentiae.

Secunda Pars probatur: Nulla conditio requi sita ad potestatem Excellentiae repugnat purae creaturae: nam 1^{mo} purae creaturae potuisset dari plenitudo gratiae, ut etiam de condigno alteri mereri potuisset primam gratiam, ac proinde 2^{do} potuisset pura creatura v. g. Adam in ordine gratiae esse caput omnium hominum, ut docetur in Tract. de gratia.

Cui non obstat, quod condignitas meritoria gratiae hominibus per Sacra menta conferenda Christo competit vi unionis hypostaticae, quae in nulla pura creatura reperitur.

Contra enim est, quod licet virtus condigne meritaria gratiae sacramentalis quatenus infinita & connaturaliter debita conveniat Christo vi unionis hypostaticae, illa tamen virtus est prius creature communicabilis absolute finito modo ex gratia Dei favore.

DICO 2. Christus noluit potestatem sue Excelentia ministris communicare. S. Th. hic Q. 64. a. 4. ad 3.

Conclusio haec non ex aliqua ratione necessaria & intrinseca probari potest: quia, cum potuerit Christus prius creature potestatem ministerialem excellentiae communicare, non est alia ratio, quare de facto illam potestatem non communicaverit, nisi mens Christi voluntas, quam non nisi Deo revelante cognoscere possumus, nec aliter, quam ex autoritate Ecclesiae conciliorum & sanctorum Patrum, probare, igitur quod de facto noluerit Sacra menta per alium instituere, sed per seipsum immediatè instituerit Christus ostenditur ex Conc. Trid. quod de Sacramentis novae legis sess. 7. Can. 1. de Sacram. in genere ita: *Si quis dixerit omnia Sacra menta novae Legis non fuisse à Iesu Christo Domino nostro instituta Anathema sit.* Ubi quidem Concilium non addit particulam: *Immediate*, ideoque nondum est damnata opinio quorundam antiquorum docentium, quædam Sacra menta ab Apostolis fuisse instituta, hodie tamen ferè omnes illum Canonem Concilii de immediata Christi institutione intelligunt, ut Christus dicatur vel ante passionem vel post resurrectionem ante ascensionem materiam & formam pro singulis Sacramentis in specie vel ad minus in genere determinasse, cui sententiae favet definitio Concilii: tunc quia pracepta à Christo mediata videlicet ab Ecclesia data non

De CHARAC
non dicuntur
Sacra menta à
debet dic
quia Concili
non Sacra me
mutandi poter
Obj. 1. I
voluntate effi
disposito tale
pienti, sed fo
tem; ergo ille
¶. Solus D
tendi gratiam
physica princ
quam causa i
meritoria gra

Obj. 2. Ju
creatio mund
strialiter pot
test ministeri
quenter nec

¶. Distin
opus quam cr
producti Co
tate omnem
dum produc
lo, ad quen
juxta doctrin
currere pote
obedientiali
ta velut caus

Obj. 3. I
menta ab A
¶. cum
ab Apostoli

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 291
non dicuntur præcepta Christi sed Ecclesiæ, ergo Sacra-
menta à Christo tantum mediately instituta non
deberent dici simpliciter à Christo instituta. Tum
quia Concilium Sess. 7. Can. 13. & sess. 21. ca. 2.
non Sacra-menta sed sacramentalia instituendi &
mutandi potestatem agnoscit in Ecclesia.

Obj. 1. Institutio Sacra-mentorum consistit in
voluntate efficaci conferendi gratiam cuiusque
disposito tale signum sensibile Sacra-menti sui-
cienti, sed solus Deus potest habere talem volunta-
tem; ergo ille solus potest instituere Sacra-mentum.

¶. Solus Deus potest habere voluntatem confe-
rendi gratiam authoritativer & ut causa efficiens
physica principalis gratiæ Con. ministerialiter tan-
quam causa instrumentalis physica & principalis
meritoria gratiæ N.

Obj. 2. Justificatio impii est majus opus, quam
creatio mundi; atqui nulla creatura etiam mini-
sterialiter potest creare mundum; ergo neque po-
test ministerialiter producere gratiam & conse-
quenter nec instituere Sacra-mentum justificans.

¶. Distinguendo Maj. Justificatio est majus
opus quam creatio, quantum est ex parte effectus
producti Con. eò, quod gratia excedat suâ digni-
tate omnem ordinem naturæ. Quantum ad mo-
dum producendi N. quia mundus creatur ex nihilo,
ad quem modum producendi nulla creatura
juxta doctrinam S. Th. etiam ministerialiter con-
currere potest; gratia autem educitur è potentia
obedientiali animæ, ad quam educationem creatu-
ta velut causa instrumentalis concurrere potest.

Obj. 3. Plures ex SS. PP. docent aliqua Sacra-
menta ab Apostolis fuisse tradita.

¶. cum S. Th. ea quæ in Sacra-mentis dicuntur
ab Apostolis tradita, si non pertineant ad ritus &

cæremonias accidentales Sacramentorum, sed ad substantiam, intelligendam sunt esse tradita traditione promulgativâ non autem institutivâ.

QUÆSTIO III.

Quinam sint ministri Sacramentorum & que in eis requiratur dispositio & intentio?

DIICO I. *Ad homines pertinet dispensare Sacra-
menta & in eis ministrare, non autem ad An-
gelos.* S. Th. hic Q. 64. a. 7. O. Sive secundum
Legem ordinariam homines sunt ministri Sacra-
mentorum, non tantum viatores, sed etiam com-
prehensores in reassumptis corporibus.

Prima Pars probatur: Ille est minister Sacra-
mentorum, qui est talis ex institutione Christi, sed to-
lus homo est talis ex institutione Christi: quia Chri-
stus instituens Sacraenta eorumque ministros so-
los homines est allocutus; ut Matth. ult. v. 19. *Eun-*
tes docete omnes gentes baptizantes eos &c. Dixi:
Secundum Legem ordinariam: quia à Deo vel
Christo extraordinariè non tantum potest Angelis
committi, sed etiam in diversis Historiis Ecclesi-
sticis legitur, quandoque Angelis commissam fuil-
se administrationem Sacramentorum.

*Dices, Sacraenta nostra constant essentialiter
rebus & verbis: atqui Angelus non potest formare
verba.* Juxta S. Th. i. p. q. 51. a. 3. ad 4. ergo non
potest confidere Sacraenta.

*R. Sacraenta essentialiter constant verbis, qua-
tenus ista sunt sonus articulatus significativus gra-
tiæ sanctificantis Con. quatenus sunt vitaliter pro-
lata N. quamvis autem Angelus priori modo voces
formare debeat, non potest tamen posteriori
modo,*

Secun-

DE CHAI
Secunda
nister validi
iuxta præser
nistrationen
viator sed e
reasumpto c
racterem, p
formam, fo
que ad vali
homo tamet
sed extraord
nister est ille
conversatio
administran
tia statum v
conversatio
dinarius mi

Obj. I.
At receptio
viatoribus
nistratio Sa
heniores &
militantem

R. N.
ta ex sua e
do recipi
cendæ vel
tummodo
me vel se
convenit f
io admini
clusione ei

Obj. 2.
statu viator

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 293

Secunda Pars probatur: Ille est competens minister validi Sacramenti, qui habet omnia requisita iuxta praesentem institutionem ad validam administrationem Sacramentorum; atqui non tantum viator sed etiam comprehensor illa habet: nam in reasumpto corpore est verus homo, habet Charakterem, potest adhibere debitam materiam & formam, formare legitimam intentionem, praeter quae ad validam administrationem nihil requiritur. homo tamen comprehensor non esset ordinarius, sed extraordinarius minister: quia ordinarius minister est ille, cui juxta ordinarium convictum & conversationem cum hominibus convenit munus administrandi Sacraenta, sed comprehensor extra statum viae constitutus non habet ordinariam conversationem cum hominibus; ergo non est ordinarius minister Sacramentorum.

Obj. 1. Juxta praesentem institutionem Christi receptio Sacramenti tantum habet locum in viatoribus & Ecclesia militante; ergo etiam administrationis Sacramentorum non pertinet ad comprehensores & Ecclesiam triumphantem, sed ad solam militantem.

R. N. Consequentiam: Quia cum Sacramenta ex sua essentia sint signa practica gratiae in subiecto recipiente Sacramentum vel de novo producendae vel augendae, ideo illud subiectum est tantummodo capax Sacramenti, quod est capax prime vel secundae gratiae recipiendae; hoc autem convenit soli homini viatori, ad Sacramentum vetio administrandum sufficient conditions in Conclusione enumeratae.

Obj. 2. Potestas Jurisdictionis exspirat cum statu viatoris, unde si S. Petrus resurgeret, non

esset summus Pontifex, ergo etiam potestas admi-
nistrandi Sacra-
menta.

R. Concesso anteced. negando consequentiam:
Disparitas est: quia potestas Jurisdictionis confer-
tur ad tempus vitæ, ideoque per mortem natura-
lem exspirat, potestas autem conferendi Sacra-
menta datur cum Charactere indelebili & post mortem
manente.

Obj. 3. Christus instituens Sacra-
menta, sicut se
non convertit ad Angelos, sed ad homines, ita
non ad homines comprehensores, sed ad viatores
sermonem direxit; ergo sicut Angeli vi præsentis
institutionis non sunt ministri Sacramentorum, ita
nec comprehensores.

R. N. Consequentiam: Quia non est ratio, cur
Christus intentionem instituendi ministros Sacra-
mentorum restrinxerit ad solos viatores: nam ho-
mo comprehensor à viatore nec naturâ nec Chara-
ctere nec facultate sensibiles operationes excendit
distinguitur, sed solum accidentaliter statu viæ; econtra
homo ab Angelo in istis omnibus substantialiter
distinguitur.

Q 1. An animæ separatae à corpore possint con-
cere Sacra-
menta?

R. Negativè: Quia non sunt homines simpli-
citer; & quamvis habeant Characterem, ratione
cujus magis sunt capaces hujus ministerii, quam An-
geli; attamen in statu separationis non sunt princi-
pia connaturalia operationum sensibilium, quibus
juxta præsentem institutionem à Christo fuit com-
missa administratio Sacramentorum.

Q 2. An minister sit pars essentialis Sacra-
menti?
Occasionem hujic Quæstiōni dedit controversia,
quæ est inter recentiores & Thomistas circā defini-
tionem partis essentialis. Recentiores hanc partis
essentialis dant definitionem, quam vocant regu-
lam

lam partium : quo solo posito cum cæteris essentia-
libus res ponitur , & quo solo sublato vel non posi-
to res tollitur , vel non ponitur . Econtra Thomi-
stæ ita definiunt partem essentialem phycicam vel
metaphysicam : quod in conceptu essentiali rei
importatur in recto . Hoc posito

R. Contrà recentiores negativè : Ratio est :
quia minister in virtute Christi est tantùm causa ef-
ficiens Sacramenti : Sacramentum enim est aliquod
compositum morale , cuius componens est mini-
ster , est aliquod artificiatum , cuius artifex est mi-
nister ; sicut igitur componens compositum phy-
sicum vel morale non est pars intrinseca compo-
niti , artifex non est pars intrinseca artificiati , ita
minister non est pars intrinseca Sacramenti .

Nec obest Conc. Florent. enumerans inter ea qui-
bus perficitur Sacramentum ministrum ; quia mi-
nister enumeratur , non tanquam pars , sed tanquam
causa efficiens & concurrens .

Opponunt recentiores 1. Hoc est de essentia rei ,
sine quo res nec esse nec concipi potest ; atqui Sa-
cramenta nec esse nec concipi possunt sine mini-
stro : Sacramenta enim nec esse nec concipi possunt
sine verbis & re vel actione sacramentali ; verba
autem , quæ sunt forma , actio sacramentalis , quæ
est materia , non possunt concipi sine ministro ; sic
forma essentialis Baptismi sunt verba non cujuscun-
que , sed ministri baptizantis , in Sacramento Or-
dinis sunt verba non cujuscunque , sed ministri in
Episcopum consecrati ; similiter actio sacramenta-
lis in Baptismo est ablutio non cujuscunque , alias
quis seipsum abluere posset , sed ablutio facta à
ministro ; ergo minister est pars essentialis Sacra-
menti .

R. Negando antecedens : Nam creatura non

potest esse nec concipi sine creatore, unio non potest concipi sine re unita, scientia non potest concipi sine objecto, nec Pater sine filio; & tamen creator non est pars creaturæ &c,

Opponunt 2. Quo solo posito cum cæteris essentialibus res ponitur, & quo solo sublato res tollitur, illud est de *essentia*: quia idem non potest simul esse & non esse, si autem solo aliquo cum cæteris essentialibus posito res sit & tamen non sit de *essentia*, jam simul esset pars *essentialis*, & non esset nam non esset pars *essentialis*, ut supponitur, esset quia ante quod non sunt partes *essentiales*, illud est pars *essentialis*; atqui ante illud non sunt partes *essentiales*: Quia illo solo non posito non est *essentia*, & consequenter nec partes *essentiales*; simili- ter quo solo sublato tollitur res, si illud non sit pars *intrinseca*, jam esset pars & non esset pars; esset quia quo solo sublato tollitur pars, illud est pars; at- qui quo solo sublato tollitur *essentia*, tollitur pars, quia *essentia* nihil plus est, quam partes *essentiales*; *Jam ita subsumunt*: atqui solo ministro sub- lato tollitur *Sacramentum*: quia solo sublato mini- stro tollitur pronuntiatio verborum & actio sacra- mentalis; ergo ille nempe minister est pars *essen- tialis* & *intrinseca* *Sacramenti*.

Bz. 1. Retorquendo Argumentum, ac ita subsur- mendo: Atqui posito in *Sacramento Baptismi* cum cæteris essentialibus solo corpore animato est *essen- tia Sacramenti Baptismi* illoque solo sublato non est *essentia Sacramenti Baptismi*; ergo corpus ani- matum, quod baptizatur, est pars *intrinseca Sacra- menti Baptismi*. Atqui solo posito *Baptismo* cum cæteris aliis in *Sacramento Confirmationis* est *essen- tia Confirmationis*; sublato solo *Baptismo* in *confirmando cæteris manentibus* non est *Sacra- mentum*

De CHARAC-
mentum Conf-
ramenti Conf-
lato solo sexu
Sacramentum
ponitur Sacrat
est pars intrin-
g. 2. Negat
do pars essent
quo, tunc su
notans, quod
etiam tollitur
ius, & tam
est pars int
neaturam,
creans & posi
creatura non
locutio con
tollitur locut
& tamen pa
quens; vili
visione toll
& tamen
visum non
seca. Subl
viso, posi
tamen ob
Denique r
fundamen
reliquis m
addito por
pars intrit
Sed dic
sublato; q
solum non
ergo non te

lum XVI.
videlicet creare, unio non pos-
sunt. Scientia non potest con-
cipere sine filio; si tamen
potest, videlicet cum ceteris effen-
tialibus tollitur, non potest simul
valigo cum ceteris
non sit de effen-
tialibus, & non esset:
supponitur, esset;
caviales, illud est
non sunt partes
eo non est effen-
tiales; simili-
llud non sit pars
effet pars; effen-
llud est pars; at-
tia, tollitur pars,
n pars effen-
solo ministratio sub-
solo sublatio mini-
strum & actionem.
At est pars effen-

ntum, ac ita subla-
ento Baptismi con-
e animato est effen-
e solo sublatio non
; ergo corpus ani-
as intrinseca Sacra-
polito Baptismo cum
Confirmationis est ef-
fet solo Baptismo in
rebus non est. Sacra-
mentum

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 297
mentum Confirmationis; ergo pars intrinseca Sa-
cramenti Confirmationis est Baptismus. Atqui sub-
lato solo sexu virili in Sacramento Ordinis tollitur
Sacramentum Ordinis, & illo posito cum cæteris
ponitur Sacramentum validum; ergo lexus virilis
est pars intrinseca Sacramenti Ordinis.

R. 2. Negando Maj. In respectivis enim, quan-
do pars essentialis est aliquid connotans in obli-
quo, tunc sublatio illo connotato, tollitur con-
notans, quod est pars intrinseca, & consequenter
etiam tollitur res, cuius pars intrinseca est conno-
tans, & tamen illud connotatum in obliquo non
est pars intrinseca. Sic Deus creans connotat
creaturam, sublatâ solâ creaturâ non est Deus
creans & positâ creaturâ est Deus creans, & tamen
creatura non est pars intrinseca Dei creantis; sic
locutio connotat loquentem, sublatio loquente
tollitur locutio, & posito loquente ponitur locutio,
& tamen pars intrinseca locutionis, non est lo-
quens; visum connotat visionem, & sublatâ solâ
visione tollitur visum & illâ positâ ponitur visum,
& tamen visio non est pars intrinseca visi, alias
visum non esset denominatio extrinseca, sed intrin-
seca. Sublatio objecto cæteris manentibus tollitur
visio, posito objecto cum cæteris ponitur visio, &
tamen objectum non est pars intrinseca visionis.
Denique relatio in principiis Thomisticis connotat
fundamentum & terminum, solo termino sublatio
reliquis manentibus tollitur relatio & solo termino
addito ponitur relatio, & tamen terminus non est
pars intrinseca relationis.

Sed dicunt: Regulam dicere: quo solo
sublatio; quando autem tollitur connotatum, illud
solum non tollitur, sed etiam tollitur connotans;
ergo non levatur regula partium.

¶. Particulas exclusivas: tantum, solum &c. non excludere concomitantia juxta Regulas Dialecticæ, ergo per sublationem solius connotati non excluditur sublatio connotantis, ergo verum manet, quod sublato solo connotato tollatur res, cuius pars intrinseca est connotans; sic verba baptizantis, ablutio activa baptizantis & passiva baptizati connotant baptizantem & baptizatum, ideoque sublato solo baptizante vel baptizato non amplius sunt verba vel ablutio, quæ sunt partes essentiales Sacramenti Baptismi, & tamen nec baptizans nec baptizatus sunt partes essentiales & intrinsecæ hujus Sacramenti.

DICO 2. Non est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei & Ecclesie in dispensatione Sacramentorum peccent. S. Th, hic Q. 64. a. 6. O. Sive graviter peccat peccato sacrilegii minister solemnitatis in statu peccati mortalis conficiens Sacramentum, quod etiam in ministro necessitatis habente tempus eliciendi contritionem verius videtur.

Pro intelligentia Conclusionis notandum: quod duplex sit minister Sacramenti: unus *solemnitatis*, alter *necessitatis*, minister *solemnitatis* dicitur, qui ex aliquo certo officio & speciali consecratione ad Sacramenta administranda deputatur, qualis est Episcopus ordinans, sacerdos consecrans, absolvens, inungens. Minister *necessitatis* est, qui in casu necessitatis Sacramentum administrat absque speciali consecratione & deputatione ad tale ministerium: ut cum in casu necessitatis Laicus infantem baptizat. In nullo ministro requiri probitatem morum ad validè administrandum, cerrum est. Sed quod requiratur ad licite administrandum.

Prima Pars probatur 1. Ex S. Scriptura Levit. 19. ¶. 2. Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus

Deus

DE CHAI
Deus vesti
sancti, qui
Eritis mihi
separavi vo
maxime de
verum est,
deant, qua
sanctis non
dico & omni
judicis min
cap. 10
tractantibus

2. Ration
gi, qui co
gationem i
ciens Sacra
irreverenti
nis: eo ip
putatus in
ne & tan
rat ad rei
ctionem,
conforme
sto; si ei
cum est l
accedunt
eos Domi
vi Testam
hæc obli
ex gravi
præceptu
ex conse
catur face
irreveren
lemniter

discrepantia, solum de non
sunt iusta Regulae Dilec.
tum solum concurrit non
sunt, ergo resum ma-
ritato tollatur res, cu-
mque sic verba bapti-
tis & palliva bapti-
baptizatum, ideo-
baptizato non am-
que sunt partes es-
& tamen nec bap-
tentialis & in-

malibet exhibentes
in sensatione Sacra-
mentorum, 6. O. Sive
minister solemnis-
ficiens Sacramen-
tum habente
verius videntur.
otandum quod dis-
sus solemnitus, alter
licitur, qui ex aliquo
ratione ad Sacramenta
est Episcopus ordinis.
Solvens, in quo
in calu necessaria
que speciali con-
sule ministerium; u-
is infantem baptizan-
bitatem motum ad
um est. Sed quod re-
zum,

Job scriptura Levit. 19.
sicut dominus sum Dominus

Domi-

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 299

Deus vester, 20. ¶ 7. Sanctificamini & estote
sancti, quia ego sum Dominus Deus vester, & ¶ 26.
Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus &
separavi vos à ceteris populis ut essetis mei. Quod
maximè de novi Testamenti consecratis ministris
verum est, unde S. Aug. Con. I. in Ps. 103. Vi-
deant, qualem rationem habent sint cum Deo qui
sanctis non sanctè utuntur Tract. §. in Joan. & ego
dico & omnes dicimus, quia justos aportet esse tanti
judicis ministros, & Lib. 2. cont. Epist. Parmen.
cap. 10. Omnia Sacra menta, cum obline indignè
tractantibus, profunsi tamen per eos dignè sumentibus.

2. Ratione: Ille committit peccatum grave sacrile-
gii, qui committit irreverentiam contrà gravem obli-
gationem religionis; atqui minister ex officio confi-
ciens Sacramentū in statu peccati mortalis committit
irreverentiam contrà gravem obligationem religio-
nis: eo ipso enim, quo aliquis est specialiter de-
putatus in ministerium Christi, ut ipius nomi-
ne & tanquam instrumentum animatum concur-
rat ad rei tam sanctæ, qualis est Sacramentum, confe-
ctionem, per virtutem religionis obligatur, ut se
conformet in sanctitate suo principali agenti Chri-
sto; si enim sacerdotibus antiqui Testamenti di-
cendum est Exod. 19. ¶ 22. Sacerdotes quoque, qui
accedunt ad Dominum, sanctificantur, ne percutiat
eos Dominus. Quantò majorem à sacerdotibus no-
vi Testimenti requiret Christus sanctitatem; nec
hæc obligatio potest esse levis: nam præceptum
ex gravi radice graviter obligat; atqui hoc est
præceptum negativum ex gravi radice, videlicet
ex consecratione, per quam sacerdoti communi-
catur sacerdotium Christi; sicut igitur magna foret
irreverentia contrà personam principis, si ad so-
lemniter tractandum aliquod negotium principis
assu-

assumeretur persona rebellis & inimica principi, ità major est irreverentia, si peccator ex officio nomine Christi ministret Sacramentum.

Secunda Pars probatur: Quia quantumvis non ex officio sed ex necessitate ministretur Sacramentum, videtur, tamen esse res & titulus gravis subordinari Christo ut principali agenti, ac ipsum Sacramentum sanctificanti velut dispensatorem, ministrum & instrumentum animatum in ordine ad sanctificandas animas; præcepta autem negativa in re gravi graviter obligant; ergo etiam minister necessitatis graviter obligatur in sanctitate se conformare Christo. *Dixi 1.* Verius videtur: quia plures graves AA. excusant ministrum necessitatis à peccato mortali, si in statu disgratiæ Sacramentum administret, moti hac ratione: quia talis non tam se gerit, ut personam Christo subservientem, quam quod alterius, qui Sacramento indiget, necessitati succurrat, simile desumunt ab eo, qui in casu necessitatis regi ministrat sine competente ornatu, qui indignationem regis non meretur, sicut ille, cui hoc ministerium specialiter commisum est. *Dixi 2.* Habente tempus eliciendi contritionem: quia si sit tanta necessitas, quæ non permittat spatiū (quod raro contingit) ut minister se recolligat ad eliciendam contritionem, præponenda est necessitas v. g. infantis baptizandi reverentiæ Sacramenti. Ità intelligendus est S. Th. dum dicit loc. cit. ad 3. *In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando, in casu, in quo etiam posset Laius baptizare: sic enim patet, quod non exhiberet se ministrum Ecclesiae sed subveniret necessitatem patienti.*

Ex dictis Colliges 1. Contrahentes in statu peccati mortalis matrimonium duplex peccatum commit-

tete:

DE CH.
tere: quia
sit iphi co
mul minist

Colliges:
tantum cor
mens ob in
nem in tali
um Eucha
fest va, ta
ditur hoc p
solemniter
cum minist
dinetur ad
Eucharistia
17. l. i. tit.
pœnituerini
vini judici
nationis, u

Colliges
audit Com
nem pœni
cramentu
peccati m
pus elicie
proferend
mentum,
committit
vicibus, l
nali, absolu
facit Sacra
tum, sicut
charistiæ
convivii i
distribuen

Colliges

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 301
ter: quia cum Sacramenti Matrimonii ministri
sint ipsi contrahentes, & indignè recipiunt & si-
mul ministrant Sacramentum.

Colliges 2. Quod peccet mortaliter sacerdos non
tantum consecrans in statu peccati mortalis & su-
mē ob indignam susceptionem & ob consecratio-
nem in tali statu, sed etiam distribuens Sacra-
mentum Eucharistiæ, cum hæc actio, licet non sit con-
fessiva, tamen sit distributiva Sacramenti. Exten-
ditur hoc probabilius ad Diaconos & Subdiaconos
solemniter in statu peccati mortalis ministrantes: &
cum ministerium illorum propinquè versetur & or-
dinetur ad confectionem dignissimi Sacramenti
Eucharistiæ, pro quo facit, quod in cap. quæsumum
17. l. 1. tit. XI. de Clericis dicit Greg IX. Si non
pœnituerint, mōpendi sunt & sub interminatione di-
vini judicii obtestandi, ut in testimonium suæ dam-
nationis, in susceptis etiam ordinibus non ministrant.

Colliges 3. Quod Sacerdos non quidem dum
audit Confessiones cuin proposito ante absolutio-
nem pœnitendi, qui se merè passivè habet & Sa-
cramentum non conficit, sed qui absolvit in statu
peccati mortalis, si extrā necessitatē habeat tem-
pus eliciendi contritionem, mortaliter peccet: cum
proférendo formam absolutionis conficiat Sacra-
mentum, & quidem probabilius videtur: quod tot
committat sacrilegia, quot pœnitentes distinctis
vicibus, licet continuando lessionem in confessio-
nali, absolvit: quia qualibet absolutione integrum
facit Sacramentum moraliter alteri non coordina-
tum, sicut plures continuò factæ distributiones Eu-
charistiæ tanquam exhibitio unius sacramentalis
convivii moraliter coordinantur, ob quod taliter
distribuens unum tantum committit sacrilegium.

Colliges 4. Quod Episcopi Christma & oleum
infig-

infirmorum in statu peccati mortalis consecrantes peccent mortaliter: cum hujusmodi actiones sint sacramentales, utpote ad confectionem Sacramenti proximè ordinatæ, non tamen cum in statu peccati mortalis benedicunt Templa, vasa, sacras vestes, virginis Deo dicatas vel Abbatissas: nam actiones istæ nec Sacra menta nec sacramentales sunt. Neque Concionator prædicans in statu peccati mortalis Verbum Dei peccat: cum prædicare non sit actio sacramentalis.

Q. An liceat petere vel recipere Sacramentum à ministro, qui scitur aut creditur illud in statu peccati mortalis administratus?

R. 1. Nunquam licet petere vel recipere Sacramentum ab illo, qui scitur illud defectu jurisdictionis aut similis causæ non tantum illicitè sed etiam invalidè esse ministratus: hoc enim esset alium positivè inducere & cooperari ad sacrilegium: Cum illa administratio peteretur absque ulla causa necessitatis vel utilitatis.

2. Ab excommunicato non tolerato ut hæretico nominatim excommunicato, notorio percussore clerici, degradato extrà casum extremæ necessitatis non licet petere vel accipere Sacramentum: quia Ecclesia prohibet cum talibus habete communionem præcipue in rebus sacris; in extrema tamen necessitate: ut in articulo vel proximo periculo mortis v. g. tempore pestis, dum deest copia alterius sacerdotis, licitum est 1mo à talibus petere Baptismum juxta Can. si quem forte 40. Caus. XXIV. Q. 1. desumpto ex S. August. lib. 1. cap. 2. de Baptif. Cont. donatis. Ubi de recipiente à non Catholico Baptismum in necessitate: Non solum non improbamus, quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus. 2do Sacramentum pœnitentia-

DE CHAR
tentia juxta
quæ Juxta p
ristia vel e
pœnitentia
patet aliud
jam proximi
que tunc sine
eramentum
nis petere,

3. A mi
stente in stati
accipere Sac
tibilis neceſſi
sit proprius I
Ratiō est: Q
mentum, es
ob legem ch
ximo occasio
te est illicitu
mentum; n
clesia post C
Con. Consta
cationem cu
specialiter d
quia Charita
necessitatē
ipse absque
tur, illum id
licet ab inf
contractū
illum esse j
non est sca
Si sit aliqu
enim cessa
rum mini

PIANO XVI.
ex cari mortalis confitentes
in huiusmodi actiones sunt
confessionem sacramenti i-
te cum in statu peccati
vel sacrae vestes, vir-
tutis: nam actiones
mortales sunt. Neque
statu peccati mor-
bi predictare non sit

petere Sacramentum
illud in statu pec-

cepere Sacra-
defectu juridici-
um illicite sed
hoc enim esset
perati ad facili-
eretur absque ulla

lerato ut heretico
otorio percussore
extrema necessita-
te Sacramentum:
libus habere com-
is lacris; in extrema
lo vel proximo pe-
ccato, dum deest copia
mē à talibus petere
in forte 40. Caud.
August. lib. I. cap. 2.
de recipiente à non
ministrante: Non solum
enim secundum prae-
dictum sacramentum peni-
tencie

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 303
tentiae juxta Conc. Trid. sess. 14. de Pœnit. cap. 7.
3^{to} Juxta plures Theologos Sacramentum Eucha-
ristiae vel extremæ unctionis, si Sacramentum
pœnitentiae non possit suscipi: quia tunc non ap-
paret aliud medium, quo moribundus & morti-
jam proximus de attrito possit fieri contritus, adeo-
que tunc sine illo scrupulo licebit à supradictis Sa-
cramentum Eucharistiae vel etiam extremæ unctio-
nis petere.

3. A ministro excommunicato tolerato vel exi-
stente in statu peccati mortalis licitum est petere vel
accipere Sacramentum, quando petentem urget no-
tabilis necessitas vel utilitas, præsertim, si minister
sit proprius Parochus.

Ratiō est: Quia si à talibus non liceret petere Sacra-
mentum, esset vel ob prohibitionem Ecclesiæ vel
ob legem charitatis prohibentem, ne demus pro-
ximo occasionem peccandi; at qui ex neutro capi-
te est illicitum à similibus ministris petere Sacra-
mentum; non ex prohibitione Ecclesiæ: quia Ec-
clesia post Constitutionem Martini V. editam in
Con. Constantiensi permittit fidelibus communi-
cationem cum excommunicatis toleratis nondum
specialiter denuntiatis; neque ex Lege Charitatis:
quia Charitati non repugnat ob aliquam notabilem
necessitatem vel utilitatem petere à proximo, quod
ipse absque peccato præstare possit, quamvis sciatur,
illum id male & cum peccato præstiturum; sic
licet ab infideli ad confirmationem tñderis vel
contractū petere Juramentum, quamvis sciatur,
illum esse juraturum per falsos Deos, tunc enim
non est scandalum datum, sed acceptum. *Dixi* I.
Si sit aliqua notabilis necessitas vel utilitas: hac
enim cessante v. g. si Sacramentum per alium mini-
strum ministrari possit, Lex Charitatis dictat non

esse petendum Sacramentum à ministro malo, ne in peccatum mortale sacrilegii prolabatur. *Dixi 2.* Præsertim si sit proprius Parochus: quia fideles ius majus habent ad petendum Sacramentum à Parocho quam à non Parocco.

Dices 1. In cap. vestra 7. de cohabit. Cler. & mul. lib. 3. tit. 2. prescribit Lucius III. Sine dubitatione teneatis, quod à Clericis & Presbyteris quamquam fornicariis quamdiu tolerantur nec habent operis evidentiam licetè divina mysteria audiantur & alii recipiantur Sacraenta Ecclesiastica. Simile habet Greg. IX. in cap. quæsitorum ult. eod. Lib. de notoriis fornicatoribus in officiis divinis evitandis ergo ex priori à sensu contrario & ex posteriori directè sequitur, quod ab indignis ministris Sacraenta recipi non possint.

R₂. Utrumque Capitulum esse intelligendum extrà casum necessitatis aut notabilis utilitatis.

Dices 2. Non licet proximum exponere periculo peccati gravis; atqui petere Sacramentum à ministro, qui scitur illud sacrilegè administraturus, est illum exponere periculo peccati gravis; ergo.

R₂. Negando Mi. Non enim petens Sacramentum, quod alter potest sine peccato ministrare, ministrum periculo peccati exponit, sed tantum utitur jure suo in quærenda propria utilitate, quam non tenetur intermittere ob intervenientem alterius malitiam.

Dices 3. In nullo casu licet petere sanitatem à mago, qui scitur illam procuratus per maleficium; ergo neque petere Sacramentum à ministro, qui scitur illud cum sacrilegio administraturus: utrobiq; enim videretur esse cooperatio ad peccatum.

R₂. Negando Consequentiam: Disparitas est: Quod ille, qui petit sanitatem à mago, petat rem

De Chri-
tianis
intra-sec-
tionem, p
atio petit
cui tamen
erantis,

Quoad i
n possit te
primò poter
externam v
verborum,
plicitè, illa
tuta, Secund
externam ci
vit esse ritu
implicite se
quam exerc
nificandum
illam a di
borum, si
stituit. Q
actionis ac
tuta & ab
Characteri
tualis vir
ex relatis c
tum valid

DICO
Sacramen
tamenti
nem adhib
valorem s
qua intent
requiritur

Prima P
tent, & T

Pars

DIRECTORIUS XVII.
clementem à malo ministro, de
sacrificio prolationum, Dux 2.
in Parochi; qui fideliis ius
cum Sacramentum à Pato.

7. de colabib. Cler. &
Locis III. Sive dubita.
vñ Præp[ar]eris quan-
tum nec habent ope-
raria audiantur &
telegraphica. Simile ha-
bit. cod. Lib. de no-
n[on] divinis evitandis
& ex posteriori di-
uis ministris Sacra-

esse intelligendum
bills utilitatis.
um exponere peri-
tere Sacramentum à
egè administratus,
ccati gravis; ergo,
n petens Sacramen-
ccato ministri, mi-
nit, sed tantum uti-
pria utilitate, quam
tervenientem alterius

licet petere sanitatem
occuras[us] per male-
crumentum à ministro,
magno administratur
cooperatio ad peccatum.
equum: Disparitas est:
Innam i mago, petat rem
intim-

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 305
intrinsecè malam, nempe magicam cura-
tionem, petens autem Sacramentum à malo mini-
stro petit rem intrinsecè sanctam vi ipsius operis,
cui tamen extrinsecè accedit malitia ex vitio ope-
rantis.

Quoad intentionem ministri notandum: quod
n possit tendere in quadruplex objectum: nam
primo potest velle exercere solam illam actionem
externam v. g. ablutionem cum pronuntiatione
verborum, utpote non sciens nec explicitè nec im-
plicitè, illa esse in aliquo usu vel ad aliquid insti-
tuta. Secundò potest velle exercere illam actionem
externam cum pronuntiatione verborum, quæ no-
vit esse ritum externum Ecclesiæ, & consequenter
implicitè scit & vult exercere illam cæremoniam,
quam exercet Ecclesia, & Christus instituit ad sig-
nificantum gratiam. Tertiò potest velle exercere
illam actionem externam cum pronuntiatione ver-
borum, sicut illam Ecclesia exercet, & Christus in-
stituit. Quartò potest velle per exercitum talis
actionis ac prolationem verborum à Christo insti-
tuta & ab Ecclesia præscripta conferre gratiam &
Characterem. Quæritur an & quo modo an habi-
tualis virtualis vel actualis & de quo objecto
ex relatis debeat esse intentio ministri, ut Sacramen-
tum validè administretur.

DICO 3. Ex virtute prime intentionis perficitur
Sacramentum quamvis studiosè curare debeat Sa-
cramenti minister, ut etiam actualem intentio-
nem adhibeat. S. Th. hic Q. 64. a. 8. ad 3. Sive ad
valorem Sacramenti requiritur ex parte ministri ali-
qua intentio, nec sufficit sola intentio habitualis, sed
requiritur intentio saltem virtualis.

Prima Pars probatur 1. Ex definitione Conc. Flo-
rent. & Trid. l. 7. de Sacramentis Can. XI. con-

Pars III. Theol. Schol.

V

tra

trà Lutherum, qui docuit Sacramentum esse validum, etiamsi verba à ministro jocosè & irrisorie vel recitativè dicantur, verba Concilii sunt: *Si quis dixerit in ministris, dum Sacra menta conficiunt & conferunt non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia. Anathema sit.*

Probatur 2. Ratione: Administratio Sacramenti est aëus propriè humanus per intellectum & voluntatem causatus ab homine; atqui talis actus nequit esse sine interna intentione agentis. Item actus ille exterior indifferenter se habet ad multa v. g. ablution in Sacramento Baptismi est indifferens, ut ordinetur vel ad mundandum vel ad refrigerandum corpus; ergo debet per aliquid determinari; hoc autem non potest esse aliud, quam internus actus intentionis.

Ex quibus colligitur: Ad Sacramentorum administrationem non sufficere solos ritus extenos, neque infantes, ebrios, dormientes, furiosos esse idoneos Sacramentorum ministros, eò quod actuum humanorum exercendorum sint incapaces.

Secunda Pars probatur: Actio sacramentalis juxta institutionem Christi debet esse actio humana & deliberata: id enim exigit reverentia Sacramenti, quod minister conficiens Sacramentum ita agat, ut possit esse certus de confectione Sacramenti; atqui actio cum intentione habituali exercita non est in se humana & deliberata: quia nullus actus voluntatis in illam influit: ut supponitur; ergo non est actio sacramentalis unde si quis sciens se in ebrietate solitum esse baptizare vel verba consecrationis super panem proferre, ideoque hunc in finem se inebriet, hic habitualiter & interpretativam haberet intentionem baptizandi vel consecrandi, non ideo tamen conficeret Sacramentum;

quia

DE CH.
quia illa
deliberata
effectus pl
na liberè;
homo se li
tiò ex vi i

Tertia P
nem requi
modum op
manas, &
atqui non c
dè difficile
intentionei
munem m
operatione
valorem Sa
actualis, I
bile in adm
tiam Sacra
actualem,
beat minis

Obj. I.
ergo etiam
dedit 46.
imum ab e
na illud,
nificant,
non. Deni
ta, si valor e
quæ in me

R. N. C
Quod reci
do agat, hir
intentio ha
dum patier
tur formalis

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 307
 quia illa pronuntiatio non esset in se humana &
 deliberata , & à priore voluntate magis procedit, ut
 effectus physicus necessariò , quam ut actio huma-
 na liberè ; quia non ex vi illius prioris intentionis
 homo se liberè applicat ad agendum , sed necessa-
 riò ex vi imaginativæ sive phantasie.

Tertia Pars probatur : Christus illam intentio-
 nem requisivit in ministro , quæ juxta ordinarium
 modum operandi est accommodata ad actiones hu-
 manas , & in morali potestate hominis constituta;
 atqui non est in potestate morali hominis , sed val-
 dè difficile , habere semper formalem & actualem
 intentionem , intentio autem virtualis juxta com-
 munem modum operandi censemur sufficiens ad
 operationem humanam & deliberatam ; ergo ad
 valorem Sacramenti non est necessaria intentio
 actualis , sed sufficit virtualis ; quamvis sit lauda-
 bile in administratione Sacmentorum ob reveren-
 tiam Sacramenti habere intentionem formalem &
 actualem , & ad eam semper habendam conari de-
 beat minister Sacramenti.

Obj. I. Potest amens & dormiens baptizari ,
 ergo etiam baptizare ; imò S. Aug. relatus in Can.
 dedit 46. caus. 1. Q. 1. affirmare videtur baptis-
 mum ab ebrio datum esse validum. Deinde sig-
 na illud , ad quod significandum instituta sunt sig-
 nificant , sive ponens talia signa id intendat , sive
 non. Denique incerti essent suscipientes Sacramen-
 ta, si valor eorum dependeret ab intentione ministri,
 quæ in mente latet, nec à suscipientibus cognoscitur.

R. N. Consequentiam : Ad 1. Disparitas est:
 Quod recipiens Sacmentum nihil humano mo-
 do agat, hinc ad recipiendum Sacmentum sufficit
 intentio habitualis: cum recipiens se habeat ad mo-
 dum patientis , ad confectionem autem requiri-
 tur formalis vel virtualis. Ad 2. loquitur S. Aug.

loc. cit. de eo, qui pronus est ad ebrietatem. Unde correctio Romana loco *Ebrus*: legit: *Ebrisus*. Ad 3. Sacraenta non sunt signa speculatoria, sed practica, quorum efficacia pendet ab eo, qui potest & vult facere, ut revera talia signa sint, qualia instituens illa esse voluit, instituens autem voluit esse actiones humanas sacras. Ad 4. Sufficit certitudo moralis, quam habet Ecclesia de intentione ministri ex eo, quod applicet materiam & formam, nec est ratio dubitandi, quoniam serio agat.

Obj. 2. S. Th. hic a 8. ad 3. in terminis dicit intentionem habitualem sufficere ad confectionem Sacramenti.

R. Illos terminos intentionis habitualis a S. Th. sumi pro intentione virtuali, ut patet ex verbis in Conclusione adductis, & haec ad valorem Sacramenti sufficit. In quibusdam etiam editionibus a margine ponitur: alias *virtualis*.

Obj. 3. Voluntas habitualis applicandi alicui fructum sacrificii sufficit ad validam applicationem, ergo etiam voluntas habitualis applicandi formam Sacramenti materiae sufficit ad valorem Sacramenti.

R. Permissio Antecedente, de quo in Tract. de Eucharistia, negando Consequentiam: Disparitas est: quia applicatio fructus est quædam conditio nata donatio: nam applicans dicit virtualiter cedo fructum sacrificii, si cras illud obtulero; res autem donata transit in dominium donatarii, quam primum conditio donationis impleta est, licet actus donationis non amplius formaliter vel virtualiter extet; at confectione Sacramenti est actio humana, libera & determinata, qualis esse non potest cum sola intentione habituali.

Obj. 4. Ut aliqua actio sit imputabilis ad culpam, sufficit, illam esse voluntariam in sola causa;

De Ch
sic qui scie
finem se i
ad culpm
sufficit, q
¶. N.
institutio
intelligimi
lis, in qu
stet libero
mo potes
tatione forn
peccatis, e
tatiyè volu
hibet dilig
Q. An
¶. Sub
potest, im
biuum con
humanâ r
Verosimil
mentales
eas valer
noscibili
conditio
mentis, e
tionem c
potest in
effeſtus i
citur, q
quando e
obex ren
ma non
ergo nec
tur mater
ſter pro
mentum.

sic qui sciens se in ebrietate esse rixosum, & hunc in finem se inebriat, huic rixa tales sunt imputabiles ad culpam; ergo etiam ad confessio em Sacramenti sufficit, quod sit voluntaria in causa.

R. N. Consequentiam : Disparitas est : Quia institutio Christi, quam ex usu & praxi Ecclesiæ intelligimus, determinavit, ut actio sacramentalis, in qua homo operatur ex persona Christi, substat libero arbitrio, & fiat in tali statu, in quo homo potest habere prudens judicium de applicatione formæ ad materiam, quod non reperitur in peccatis, quæ etiam imputantur, & sunt interpretativè voluntaria, cum quis ad illa evitanda non adhibet diligentiam, quam potest & debet adhibere.

Q. An intentio possit esse conditionata?

R. Sub conditione de praesenti vel de praeterito potest, immo debet aliquando propter rationabile dubium conferri Sacramentum, modò conditio sit humanâ ratione cognoscibilis: quod addo: quia Verosimilius videtur, quod, cum actiones sacramentales sint actiones humanæ, non velit Deus eas valere sub conditionibus humanitus non cognoscibilibus v. g. si es praedestinatus. Verum sub conditione de futuro contingent in reliquis Sacramentis, excepto solo Matrimonio, quod habet rationem contractûs, ejusque naturam imitatur, non potest intentio esse sufficiens: quia Sacramentorum effectus non potest esse suspensus, sed tunc producitur, quando forma materiæ applicatur, aut, quando cum obice Sacramentum recipitur, si ille obex removeatur; eveniente vero conditione forma non applicatur materiæ, sed iam transiit; ergo nec tunc, nec etiam, quando forma applicatur materiæ, conficitur Sacramentum: cum minister pro tunc non intendebat confidere Sacramentum.

DICO 4. Si patiatur fidei defectum circa ipsum Sacramentum, quod exhibet, licet credat, per id, quod agitur exterius, nullum sequi interiorem effectum, non tamen ignorat, quod Ecclesia Catholica intendit per hujusmodi, qua exterius aguntur, praebere Sacramentum. Unde non obstante infidelitate potest intendere facere id, quod facit Ecclesia, licet estimet id nihil esse, & talis intentio sufficit ad Sacramentum. S. Th. hic Q. 64. a. 9. ad 1. Sive in ministro non requiritur intentio conferendi effectum Sacramenti v. g. Characterem aut gratiam Sacramentalem, sed requiritur ex parte intellectus confusa quedam & generalis notitia, quam minister sciat, quod Ecclesia per ritum illum externum intendat praebere Sacramentum, seu exercere actionem quandam sacram. Ex parte voluntatis serius animus ritum & formam illam, quam scit, quod Ecclesia adhibeat in administratione Sacramentorum exercendi. Et haec duo seclusa quacunque alia intentione sufficiunt.

Prima Pars probatur : Suppositâ semel essentiâ & existentiâ Sacramenti, ejus effectus non dependet ab intentione ministri, sed effectus Characteris & gratiæ continetur in virtute Sacramenti tanquam causæ ; ergo hoc ipso, quod quis efficaciter intendat facere Sacramentum, habet implicitam voluntatem etiam producendi Characterem & gratiam ; unde Paganus vel hereticus imò Atheus potest validè baptizare, dummodo intentionem habeat faciendi serio ritum externum, quo novit, Catholicos baptizare, licet non credat, illam actionem causare gratiam, imò licet intentionem expressè contrariam habeat non causandi gratiam.

Non obstat : Quod S. Th. hic a. 8. O. dicit: *Ablutio aquæ, quæ fit in Baptismo, potest ordinari* & ad mun-

De Ch
munditiae
& ad ludo
sportet, &
mentalem
baptizans
mentum) &
stum Sacra

Nam
exponi po
est effectu
intentus,
ter ex eo
ordinata in
dum, ab i
assumptâ.

Contrà
cramenti
intentus v
delicet in

Secunda
plieitè ve
facit Eccl
scit, quid
illud face
tem, que
quid faci

Tertia
cap. 6. d
doti anit
Can. 9. i
sacramen
solvar.

Obj. V
nali puer
item S. G

cor p̄d defilium tric̄ ipam
debet, licet credat per id,
tum sequi intermissione ife-
quid Ecclesia Catholica
exterioris agnoscit, pra-
se oblatione confiditatem
defensio Ecclesia, licet
renuntiatur ad Sa-
49. ad 1. Sive in
o conferendi effe-
ctum aut gratiam Sa-
piente intellectus
cita, quā mini-
villum extēnum
exercere actione-
voluntatis serius
quam scit, quod
one Sacramento-
a quacunque alia

De CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 311
 munditiam corporalem, & ad sanitatem corporalem,
 & ad ludum & ad multa alia hujusmodi: & ideo
 oportet, quod determinetur ad unum id est ad sacra-
 mentalē effectum, per intentionem abinuentis. Ergo
 baptizans (idem est de conferente aliud Sacra-
 mentum) debet intendere ex mente S. Th. esse.
 tum Sacramenti.

*Nam contra est 1.: Quod S. Thom. congruē
 exponi possit de ipsa actione sacramentali, quæ
 est effectus à conficiente Sacramentum hoc ipso
 intentus, quod verè faciat Sacramentum. Ut pa-
 tet ex eo, quod distinguat ablutionem aquæ, ut
 ordinatam ad mundandum, sanandum, jocan-
 dum, ab eadem ablutione non ex tali intentione
 assumptâ.*

*Contrà est 2. Si loquatur S. Th. de effectu Sa-
 cramenti videlicet gratiâ & charactere, quod sit
 intentus virtualiter ex parte operis in sua causa: vi-
 delicet in Sacramento.*

*Secunda Pars probatur: Minister debet vel im-
 plieitè vel explicitè intendere illud facere, quod
 facit Ecclesia juxta Conc. Trid.; atqui ille qui ne-
 scit, quidnam faciat Ecclesia, non potest intendere
 illud facere, quod facit Ecclesia; non sciens au-
 tem, quod illum ritum exerceat Ecclesia, non scit,
 quid faciat Ecclesia.*

*Tertia Pars probatur: Trid. less. 14. de Pœnit.
 cap. 6. dicit: non valere absolutionem, si Sacer-
 doti animus seriò agendi & verè absolvendi desit,
 Can. 9. ibid. ait: non sufficere ad absolutionem
 sacramentalem, si Sacerdos non seriò sed joco ab-
 solvat.*

*Obj. Validus fuit judicatus Baptismus S. Atha-
 nasi pueri alios pueros per jocum baptizantis.
 Item S. Genesii in Theatro mimicè baptizati. Ergo*

valet Baptismus non seriò sed per jocum à ministro collatus.

R. Dupliciter potest Sacramentum per jocum conferri imprimis, ut quis non intendat verè conferre Sacramentum, sed tantùm irridere, simulare vel scenicè repræsentare, quod alias factum est, sed non eo modo illud facere, quo factum vel faciendum est, & talis jocus impedit Sacramenti valorem. Alio modo si ludi & recreationis causâ verè agatur illud, quod agendum est, & hoc modo S. Athanasius non ignorans sed sciens illud, quod viderat per Episcopum fieri, recreationis causâ egit baptizando alios pueros, eodem modo Genesio mimo Christianorum sacris ab initio illudere volenti, sed mirabiliter immutato seriò baptismum petenti minister volens imitari & facere quod alii faciebant, ad spectatores oblectandos, consumit Baptisma.

Quarta Pars probatur I. Baptismus potest validè conferri ab infideli & Pagano, ut omnes admittunt; atqui talis nihil amplius ex parte intentionis habet, quam duo enumerata: quia non habet intentionem coformandi se voluntati & intentioni Chisti vel Ecclesiae: cum non credat Baptismum esse Sacramentum, sed potius putet esse sacrilegam superstitionem, Christum non potuisse instituere **Sacraenta**, Christum fuisse impostorem, Ecclesiam esse Synagogam Sathanæ &c.; ergo non potest infidelis intendere efficaciter conferre vel conserere Sacramentum: quia ea, quibus intellectus non assentitur, immo quæ judicat esse impossibilia non potest minister efficaciter intendere; ergo tales infideles nihil aliud intendunt quam ritum externum celebrare quem sciunt apud Christianos pro sacro & religioso haberi.

Proba-

De Ch
Probati
quæ Chri
quod facit
tates, qua
cramentum
inefficax:
git ea, qua
quod facit
alias inter
mò destruc
quod Chri
ha; volo
trahcare:
prævaleret
autem est e
Sacrament
proceditur
cedo ad co
quam nolo
inefficax,

Probati
potuit Sa
perversa i
ēto juxtā
denter à
Christus i
da indep
administri
luit in re
Sacramen
nisteria p
qui in be
actuum p
liticarum
sufficit act

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 313

Probatur 2. Minister, qui vult seriò facere ea, quæ Christus instituit, & tamen non vult facere, quod facit Ecclesia, habet duas repugnantes voluntates, quarum una videlicet non administrandi Sacramentum, non faciendi, quod facit Ecclesia, est inefficax: hoc ipso enim, quo rogatus seriò peragit ea, quæ Christus instituit, facit, & vult facere, quod facit Ecclesia; sicut si minister haberet duas alias intentiones inter se pugnantes & se mutuo destruentes, cujusmodi essent hæc: volo facere, quod Christus instituit, & non quod facit Ecclesia: volo consecrare Eucharistiam, & nolo sacrificare: validum foret Sacramentum: quia tunc prævaleret intentio illa, quæ est efficacior, illa autem est efficacior, vi cuius ponitur ritus externus Sacramenti; intentio enim efficax est illa, vi cuius proceditur ad opus; quare intentio, vi cuius procedo ad consecrandum, erit efficax; alia autem, quâ nolo sacrificare, cum non exeat in actum, erit inefficax, ideò nil obserbit valori Sacramenti.

Probatur 3. Christus institutor Sacramentorum potuit Sacramentorum valorem independenter à perversa intentione ministri instituere, sicut de facto juxta omnes Sacra menta sunt instituta independenter à sanctitate & fide ministri; ergo de facto Christus illa ita instituit, ut Sacra menta sunt valida independenter ab intentione ministri volentis administrare Sacra menta valida: quia Christus voluit in republica Christiana modo humano peragi Sacramentum, & consequenter eo modo, quo ministeria publica in republica civili peragi solent; atque in bene ordinatis communitatibus ad valorem actuum publicorum aliatumque functionum politicarum, sicut non sufficit actus ludicrè factus, ita sufficit actus seriò cum formis solitis à designato

republicæ ministro confessus; illud ergo similiter in republica Christiana sufficiet; sicut igitur Judex, qui in mensa inter pocula per jocum reum absolveret, nihil ageret, econtra si sedens pro Tribunal sententiā ferret reum absolvendo, reverā reum absolveret, licet interius contrariam privatam intentionem haberet, ita Parochus, qui interius materiam & formam Baptismi applicat, verè baptizat, licet interius intentionem contrariam habeat non baptizandi.

Obj. 1. Juxta Trid. minister debet intendere, facere, quod Christus instituit, & facit Ecclesia; atqui ut intendat facere, quod facit Ecclesia, non sufficit, quod tantum intendat exercere exterius istum ritum nempè proferte verba super apposita materiā: cùm Ecclesia plus faciat, quæ nempè hoc exterius faciendo conficit Sacramentum; ergo minister debet habere intentionem per applicacionem formæ ad materiam conficiendi Sacramentum.

R. Negando Mi. Ad cuius probationem dico: Quod Ecclesia plus faciat, quam talis intendit explicitè & in actu signato, non verò in actu exercito & implicitè: hoc ipso enim, quod intendit serio exercere ritum, quem scit ab Ecclesia adhiberi ut sacrum & in ordine ad effectum spiritualem, intendit in exercitio facere, quod facit Ecclesia, licet non intendat illud expressè, quod intendit Ecclesia, neque Concilium dicit: quod minister debeat intendere, quod intendit facere Ecclesia; quia si talis intentio requireretur ad valorem Sacramenti, deberet minister intendere illum sacrum ritum, ut est actio sacramentalis, ut est productiva gratiæ, & sic intendere sanctificare homines, & producere effectus Sacramenti: cùm id intendat Christus & Ecclesia, qualis intentio à nullo Catholico

requi-

De CHAI
requiritur,
tendat face
beat exteri
det fieri in I
interius Sac
ciliī Trident
de Pœnit. c
jue negligē
ventem cogn
dulō requir
quod facit
nem teriò a

Obj. 2.
valorem Sa
quà le subjec
dat facere,
Opulc. 5. al
cramentum
bet Sacram
mentum cur
facit Eccle
dit Sacram
tum; Et i
tis non solù
imò Pagan
modo serv
quod facit
principal
titus exter
ficere & co
conferre S
ponendi ri
cramenti.

R. Neg
exercet ritu

Uarij XVI.
fectus illud ergo solum dicitur
sufficiet; sic ut ignorat judecet,
per pocom remittit absolve-
ti fedens pro Tribunalis
ad solvendo, revera
ius contrarium priva-
Parochus, qui serio
applicat, vere hap-
conteriam habeat
debet intendere,
& facit Ecclesia;
Ecclesia, non
exercere exterius
a luper apposita
at, quae nemp
tamentum; ergo
n per applicatio-
di Sacramentum,
tobationem dico:
talis intendit ex-
verò in actu exer-
, quod intendit se-
o Ecclesia ad liberi-
am spiritualem, in-
l facit Ecclesia, licet
iod intendit Eccle-
sia minister debet
ere Ecclesia; quia si
alorem Sacramenti,
in sacramentum, ut
productiva gratia,
omines, & produ-
cum id intendat Chri-
stianus a nullo Catholicus
requiri-

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 315
requiritur, sed Concilium jubet, ut minister in-
tendat facere, quod facit Ecclesia. sive quod de-
beat exteriū voluntariē & seriō facere, quod vi-
det fieri in Ecclesia, sic autem potest facere illa, qui
interius Sacramentum irridet. Hanc mentem Con-
cilii Tridentini esse colligitur ex illo quod sess. 14.
de Pœnit. cap. 6. dicitur: *Nec is esset nisi salutis
iua negligentissimus; qui sacerdotem joco se absol-
ventem cognoscere; & non alium seriō agentem se-
dulō requireret;* Ergo per intentionem faciendi
quod facit Ecclesia intellexit Concilium intentio-
nem seriō agendi, quod facit exteriū Ecclesia.

Obj. 2. S. Th. hic a 9. ad 1. docet, quod ad
valorem Sacramenti requiratur intentione ministri,
quā se subjiciat principali agenti, ut scilicet inten-
dat facere, quod facit Christus & Ecclesia. Et in
Opusc. 5. afferit, requiri intentionem faciendi Sa-
cramentum verba sunt: *Requiritur etiam in quoli-
bet Sacramento persona ministri conferentis Sacra-
mentum cum intentione conferendi & facienti, quod
facit Ecclesia... & si minister Sacramenti non inten-
dit Sacramentum confidere, non perficitur Sacramen-
tum;* Et infrā de Baptismo: *In articulo necessita-
tis non solum Diaconus, sed etiam Laicus & mulier
imò Paganus etiam hereticus potest baptizare, dum-
modo servet formam Ecclesiae. & intendat facere,*
quod facit Ecclesia. Atqui minister non subjicitur
principali agenti per solam intentionem ponendi
ritus externos, neque per eam solam intendit con-
fide & conferre Sacramentum, cum intendat non
conferre Sacramentum; ergo sola intentione seriō
ponendi ritus externos non sufficit ad valorem Sa-
cramenti.

R. Negando Mi. Quia minister eo ipso, quo
exerceat ritus externos seriō, & non ignorat, quod
Eccle-

Ecclesia Catholica intendat per hujusmodi ritus, qui exterius aguntur, praebere Sacramentum subjicitur principali agenti, & intendit exercitè conferre & confidere Sacramentum: quia exercet ritus exterius, quos scit adhiberi ad administrandum Sacramentum Christi, licet existimet id nihil esse, sicut Catholicus, qui rogatus à Judæo, ut circumcidat infantem, si externè seriò exerceat cæmoniam circumcisionis, quamvis mente totam illam cæmoniam desideret, nihilo minus diceretur se subiecto ritibus Judaicis, ac contulisse Sacramentum Legis Mosaicæ.

Obj. 3. Sacramentum Pœnitentiæ est institutum per modum Judicii, in Judicio autem sententia Judicis sine interiore intentione prolata invalida est; in institutione Eucharistiæ dicitur; *Hoc facite in meam commemorationem*, quod fieri nequit sine intentione se conformandi Christo; in promulgatione Sacramenti extremæ Unctionis præcipitur; ut Sacerdotes orent super infirmum; oratio autem sine intentione interna esse non potest; Denique Matrimonium sine interno contrahentium consensu juxta omnes est invalidum; ergo ad valorem Sacramentorum desideratur in ministro intentio, quæ se Christi & Ecclesiæ intentioni seriò conformet,

R. Sententia Judicis maximè inferioris, qui tantum est instrumentum Judicis superioris, est valida, dummodo seriò feratur, licet intentionem privatam habeat non absolvendi. Eucharistiam in Christi commemorationem consecrat, qui id, quod à Christo institutum est, liberè & seriò facit; Nomine etiam Ecclesiæ super infirmum orat, qui orationes ab Ecclesia præscriptas advertenter & attentè fundit. Matrimonium denique validum est & à fidelibus contractum est verum Sacra-

DE CHAR
tum, licet
cipendi Sa
exterius &
contrahend
matrimonia
se elevatus,
num requiri
status, hinc
tere nequit
esse Sacra
ne tamen
tum. De qu

Obj. 4.
no 1690. C
collatus à mi
formam bap
suo apud ser
clesia; erg
clesia.

R. Mer
nata, sed
dit, ut cor
aut quicqu
& forman
tismum ex
tur in hâ
ritus exter
& nos dan
ternum in
ille à Chri
luntate au
titum, qu
sto esse e
autem rati
deatur dif

110 XVI.
per hysmodi ritus qui
Sacramentum suscipiunt
et exerceat confitent &
exercer ritus exter-
ius et contrahendam Sacra-
mentum esse, sicut
o, ut circumcidat
ceremoniam cir-
millam cæremo-
nem le subje-
e Sacramentum.

2 est institutum
utem sententia
tolata invalida
tur; *Hoc facie*
fieri nequit sine
; in promulgationis
principitur;
m; oratio autem
potest; Denique
*alientium conser-
go ad valorem Sa-
ristro intentio, quā*
seriō conformet,
nē inferioris, qui
cis superioris, et
licet intentionem
di. Eucharistiam in-
conferat, qui id,
liberē & seriō facit;
infirmorum, qui
optas advenenter &
denique validum
Sacramen-
tum,

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 317
tum, licet fideles habeant intentionem non sus-
cipiendi Sacramentum, duammodo verè & seriō
exterius & interius contrahant, & quod intentio
contrahendi requiratur, inde est, quod contractus
matrimonialis à Christo ad dignitatem Sacramenti
elevatus, ideoque quia ad contractum huma-
num requiritur consensus internus exterius manife-
status, hinc matrimonium sine tali consensu subsi-
tere nequit & consequenter inter fideles nequit
esse Sacramentum sine intentione contrahendi, be-
ne tamen sine intentione suscipiendi Sacra-
mentum. De quo plura Disp. XLVI.

Obj. 4. Inter propositiones ab Alex. VIII. An-
no 1690. damnatas est hæc 28. *Valet Baptismus*
collatus à ministro, qui omnem ritum externum &
formam baptizandi observat, intus vero in corde
suo apud se resolvit: Non intendo, quod facit Ec-
clesia; ergo sententia nostra est damnata ab Ec-
clesia.

R. Meritò hæc propositio est ab Ecclesia dam-
nata, sed cum ea minimè sententia tradita coinci-
dit, ut consideranti patebit. Nunquid enim *Mimus*
aut quicunque *Scenicus* omnem ritum externum
& formam observat? quis vero asserat hujus Bap-
tismum ex intentione ludicra collatum valere? igi-
tur in hâc propositione damnatur, quod solus
ritus externus ad valorem Sacramenti sufficiat, quod
& nos damnamus, requirentes præter ritum exter-
num in intellectu ministri notitiam, quod ritus
ille à Christo sit institutus in Sacramentum, in vo-
luntate autem intentionem seriō exercendi illum
ritum, qui noscitur exerceri in Ecclesia, & à Chri-
sto esse elevatus ad rationem Sacramenti; tota
autem ratio quare Adversariis hæc sententia vi-
deatur difficilis, est: quia intentionem faciendi,
quod

quod facit Ecclesia, cum intentione sese conformandi intentioni Christi & Ecclesiæ confundunt, nec attendunt, quòd duplex, una efficax altera inefficax, in malo ministro intentio non repugnet, sed sit comp̄sibilis, præterea supponunt, quod hæc Sententia neget, ad valorem Sacramenti requiri intentionem internam faciendi, quod facit Ecclesia, quam tamen in ministro seriò & advertenter operante ita necessariam esse asserit, ut fieri non possit, quod intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, non habeat ille, qui, quod facit Ecclesia, liberè & seriò facit.

Obj. 5. Hæc sententia est minus tuta: si enim minister intentionem habeat non tantum seriò exercendi Ritum externum à Christo institutum, sed etiam conformandi se intentioni Ecclesiæ, certò administrabit validum Sacramentum; si verò habeat solam intentionem exercendi Ritum externum, expressè autem nolit sese conformare intentioni Ecclesiæ, incertum est, an Sacramentum conficiat; si enim opposita sententia à parte rei vera est, nullum erit Sacramentum, & ita hæc sententia repugnat alteri propositioni damnatae: de opinione minus tutâ quoad valorem Sacramenti.

Ré. Aliter esse loquendum quoad praxin, aliter speculativè, licet enim hæc sententia ut practicanda sit minus tuta; attamen eandem docere & per rationes probare non est minus tutum, non enim majori hæc, quam opposita doctrina, periculo est obnoxia: si enim minister sit probus, conformabit se intentioni Christi & Ecclesiæ ad vitandum grave peccatum: non enim negamus talem intentionem ministro esse necessariam, sed tantum negamus necessariam necessitate Sacramenti. si verò sit minister impius, & adhæreat nostræ sententiae,

credet

De CHARA
cedet se non
quamvis vel
econtra, si op
per intentione
irritum reddi
sacrilegia: it
saliquis bapt
staret, quòd
non baptizan
eret ob prob
tentia & nece

*Ex dictis o
mentorum n
menta ab hæ
essentialia ad
nus, cùm no
bitum, quer
dens postea n
tatem & pess
ex S. Aug. hi
eadem, qua
virtute propi*

*Non obesi
tur, hæretici
ta conferen
Ordinis ab
dem execut*

*Contra en
ta non confe
pientibus v.
Ordine susce
characterem*

*Neque ob
veram Eccle
non sunt me*

TARIO XVI
in intentione fidei confon-
& Ecclesie confundunt,
et unaefficacia altera in-
tentionis non repugnet,
et supponunt, quod
cum sacramenti re-
cendi, quod facit
Ecclesia & adver-
se aliter, ut fieri
cendi, quod fa-
cere, quod facit Ec-

cessum tuta; si enim
antrum sacerdoti ex-
istito institutum,
rationi Ecclesiae,
mentum; si ve-
cendi Ritum ex-
e conformata in-
, an Sacra-
mententia a parte
ntum, & in ha-
ctioni damnata de-
em Sacramenti.
oad praxio, aliter
tentia ut practican-
dem docere & pa-
statum, non enim
rina, periculo est ob-
obus, conformabit
ad vitandum grave-
stalem intentionem
sed tantum negamus
est. Si vero sit mi-
gra soluta sententia,
creder

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 319
creder se non posse irritum reddere Sacramentum,
quamvis vellet habere intentionem contrariam:
econtraria, si oppositam opinionem teneat, judicans
per intentionem contrariam intentioni Ecclesiæ
irritum reddi Sacramentum, magis alliceretur ad
sacrilegia: interim tamen fareri debemus, quod
siquis baptizatus fuisset a ministro, de quo con-
stater, quod habuisset contrariam intentionem
non baptizandi, talis sub conditione rebaptizandus
esset ob probabilitatem contrariæ communis sen-
tentia & necessitatem Baptismi.

Ex dictis colligitur: Quod in ministro Sacra-
mentorum non requiratur vera fides, sed Sacra-
menta ab hereticis collata sint valida, modò alia
essentialia adsint, in quo olim erravit S. Cypri-
anus, cum nondum illud esset per Concilium defi-
nitum, quem errorem tamen vehementius defen-
dens postea modum illum correxit, vel per chari-
tatem & passionem sufficienter expiavit, ut S. Th.
ex S. Aug. hic art. 9. ad 2. probat. Ratio hujus est
eadem, quæ de malo ministro, quod non agat in
virtute propria, sed in virtute Christi.

Non obest: quod saepius in Jure Canonico dica-
tur, hereticis non competere potestatem Sacramen-
ta conferendi, nec iis, qui Sacramentum v. g.
Ordinis ab iisdem suscepserunt, convenire ejus-
dem executionem.

Contra enim est: quod licet heretici Sacra-
menta non conferant bene tamen validè, neque susci-
pientibus v. g. Ordinem ab hereticis licitum est in
Ordine suscepto ministrare, habent tamen verum
characterem.

Neque obest 2. Quod Sacraenta pertineant ad
veram Ecclesiam, quæ unica est, cuius heretici
non sunt membra, neque proinde dare possunt

Gr.

Gratiam sanctificantem, quâ ipsi carent.

Rursus enim contra est: quod sacramenta ad solam veram Ecclesiam pertineant, ut intra eandem ab ejus membris fructuosè suscipi possint, & licet heretici non sint membra Ecclesiae, Deus tamen illis utitur tanquam efficientibus instrumenta, quibus intra veram Ecclesiam Gratiam causat, ad quod sufficit, quod habeant Gratiam causaliter, quamvis ea formaliter careant.

QUÆSTIO IV.

De Numero, Necessitate, & Excellentia Sacramentorum.

DICO I. Convenienter ponuntur septem Sacra-
menta. S. Th. hic Q. 65. a. 1. O.

*Probatur: Tot sunt Sacraamenta novæ Legis, quod sunt in Scriptura diversi ritus externi habentes annexam promissionem gratiæ; atqui tales Ritus sunt septem: nam de Baptismo dicitur Matth. & Marc. ult. *Baptizantes eos in nomine Patris &c.* Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. de Confirmatione Act. 8. refertur Apostolos baptizatis manus imposuisse, ut acciperent Spiritum sanctum. De Eucharistia Joan. 6. v. 59. Qui manducat hunc Panem, vivet in eternum. de Pœnitentia Jonan. 20. v. 23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. De extrema Unctione Jac. §. v. 14. Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesia, & orent super eum unguentes cum oleo in nomine Domini. De Ordine 2. ad Tim. 1. v. 6. Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. De Matrimonio ad Ephes. 5. v. 32. Sacramentum hoc magnum est. Congruentia hujus septenarii numeri est*

Ana-

DE CHA
Analogia v
septem requi
ta corporali
ne ad commi
tur ut homo
tali vita, I.
ut crescat nu
bo, §. San
ordine ad R
Pro Conser
mè propagati
ut homo i.
retur per C
charistiam,
liquiis pecca
nem. 6. Ac
& Officia E
per Matrimo
honorem san

DICO 2
aliquid dupli
ri finis ...
quo non habi
do necessita
sed secundo
S. Th. hic C

Probatur
finem vide
quo illud,
necessarium
non potest,
lius esse ne
nientius vita
tur, atqui p
qua Sacrame
Pars III.

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 321

Analogia vitæ spiritualis cum vita corporali: sicut septem requiruntur, quibus homo perficitur in vita corporali, tum in Ordine ad se, tum in Ordine ad communitatem, ita etiam septem requiruntur ut homo perficiatur in vita spirituali: in corporali vita, 1. debet Generari. 2. Genitus crescere. 3. ut crescat nutritiri. 4. si infirmus sit, curari à morbo. 5. Sanatus à reliquiis morbi libetari. 6. In ordine ad Rempublicam habere officia publica. 7. Pro Conservatione Generis humani prolem legitimiè propagare. Ita ad vitam spiritualem requiritur ut homo 1. regeneretur per Baptismum. 2. Roboretur per Confirmationem. 3. Nutriatur per Eucharistiam. 4. Sanetur per Pœnitentiam. 5. à reliquiis peccatorum liberetur per extremam Unctionem. 6. Accipiat potestatem exercendi Ministeria & Officia Ecclesiastica per Ordinem. 7. Denique per Matrimonium accipiat gratiam prolem ad Dei honorem sanctè procreandi & educandi.

DICO 2. *Necessarium respectu finis ... dicitur aliquid dupliciter. uno modo, sine quo non potest haberi finis ... alio modo dicitur esse necessarium id, sine quo non habetur finis ita convenienter ... primo modo necessitatis sunt tria Sacra menta necessaria ... sed secundo modo sunt necessaria alia Sacra menta.* S. Th. hic Q. 65. a. 4. O.

Probatur & explicatur: Illud est necessarium ad finem videlicet æternam salutem simpliciter, sine quo illud, quod ad salutem æternam est absolute necessarium: scilicet Gratia sanctificans haberi non potest, & illud est secundum quid vel ad melius esse necessarium, quo commodius & convenientius vita æterna & Gratia sanctificans obtinetur, atque priori modo tria, posteriori modo reliqua Sacra menta necessaria sunt, ut patebit infra

de singulis & jam brevi inductione ostenditur, pti-
mò : Baptismus omnibus omnino est necessarium
vel in re vel in voto, ita enim Joan. 3. v. 5. *Nisi
quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto, non
potest introire in Regnum Dei.* Conc. Trid. Sess. 7.
Gan. 5. de Baptismo : *Si quis dixerit Baptismum
liberum esse : hoc est : non necessarium ad salutem,
anathema sit.* Secundò de Pœnitentia ita loquitur
Trid. Sess. 14. de Pœnit. cap. 5. *Ex institutione
Sacramenti Pœnitentiae jam explicatà universa Ec-
clesia semper intellexit institutam etiam esse à Domi-
no integrum peccatorum confessionem, & omnibus
post Baptismum lapsis jure Divino necessariam exis-
tere : quia Dominus noster Iesus Christus è terra
ascensus ad cœlos Sacerdotes sui ipsius Vicarios re-
liquit, tanquam Presides & Judices, ad quos omnia
mortalia crimina deferantur, in qua Christi fideles
cederint. Tertiò Confirmatio non est necessaria
necessitate medii : quia alias deberet ab Ecclesia
conferri etiam ante usum rationis, ante quem
multi moriuntur absque Confirmatione. Nec ne-
cessitate præcepti : quia de tali præcepto non con-
stat ex sacra Scriptura aut Traditione Ecclesiæ, et
tamen utilis : quia datur ad melius & fortius pro-
tendam fidem. Quartò Eucharistia non est nec-
essaria ab solutè necessitate medii, alias etiam par-
vulis ante usum rationis deberet conferri ; adultis
tamen est necessaria necessitate præcepti tum Divi-
ni tum Ecclesiastici, ita ut semel singulis annis in
Paschate ad communicandum teneantur, quod
autem sit ad melius esse necessaria : patet ex ingen-
tibus fructibus, quos illud Sacramentum in dignè
sufficienibus causat, de quibus suo loco. Quin-
tò. Extrema Unctio non est simpliciter necessaria:
quia*

DE CHARAC-
TERRA
qua sine illa
mortale perituri
cum Ordinis
line illo non p
noem salutis :
Sacramenta Conf
ite & extrema
num est nec
Trid. definitiv
Statum conjuga
tus vel Cœliba
tere in Virginit
rimonio; An-
cellarium, ut i
stibulum obtine
numerum Elec
tuum, ut est of
fice faciendum c
auxiliorum Di
tur conjugatis,
creationi & edu
DICO 3. .
Eucharistia est
Th. hic Q. 65.
Probatur 1.
cap. 3. ubi ita :
Eucharistia cui
res sacra & invi
rum illud in ea
reliqua Sacram
habent, cum e
sanctitatis Aut
2. Omnia :
charistiam tan
cum ordinente

Diversatio XVII.
veneris iudicione, oderuntur pri-
marius anno 1515 et secundum
etiam Joan. 3, 14. Nisi
Iesus & Spiritus sanctus, non
Deus. Cœc. Trid. Sess. 7.
qui datur Baptismum
necessarium ad salutem,
Pandanus ita loquitur
cap. 1. Ex institutione
spiritus universa Ec-
clesiam esse a Domini-
num, & omnibus
necessariam exige-
re Christus est terri-
us Vicarius re-
ctus, ad quos omnia
vix Christi fideles
non est necessaria
debetur ab Ecclesia
tionis, ante quam
matio, Nec ne-
i præcepto non con-
ditione Ecclesie, est
melius & fortius prof-
taristia non effici-
di, alias etiam pat-
eret conferri; adhuc
te præceptum Divi-
nem singulis annis in
sum teneantur, quod
sufficiat; pater exigen-
tia Sacramentum in dignè
suo loco. Quin-
cumq[ue] impliciter necessaria:
quia

DE CHARACT. CAUS. ET NUM. SACRAM. 323
quia sine illa multi salvantur, imo reis violentâ
morte perituri non conceditur. **Sextò.** Sacramen-
tom Ordinis est necessarium toti Ecclesiæ: quia
sine illo non possunt fideles dirigi & pervenire ad
finem salutis: cùm sine ipso non possint esse Sa-
cramenta Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentia-
ria & extremæ Unctionis. **Septimò.** Matrimo-
nium est necessarium non singulis, quia Con.
Trid. definivit Sess. 24. Can. 10. *Si quis dixerit*
Statum conjugalem anteponendum esse Statui Virgini-
tatis vel Cœlibatus, & non esse melius ac beatus ma-
nere in Virginitate aut Cœlibatu, quam jungi Ma-
trimonio; Anathema sit. Sed toti Ecclesiæ est ne-
cessarium, ut melius & convenientius propagatio
fidelium obtineatur: quia licet ad multiplicandum
numerum Electorum absolute sufficeret Matrimo-
nium, ut est officium naturæ, ad hoc tamen debi-
tè faciendum concurrit hoc Sacramentum ratione
auxiliorum Divinæ Gratiæ, quæ intuitu ejus dan-
tur conjugatis, ut debitè intendant filiorum pro-
creationi & educationi.

DICO 3. Simpliciter loquendo, *Sacramentum*
*Eucharistiæ est potissimum inter alia Sacra-
menta. S.*
Th. h[ab]it. Q. 65. a. 3. O.

Probatur 1. ex Con. Trid. Sess. 13. de Euchar.
cap. 3. ubi ita: *Commune hoc quidem est sanctissima*
Eucharistiæ cum ceteris Sacramentis, symbolum esse
rei sacrae & invisibilis gratiæ formam visibilem: ve-
rū illud in ea excellens & singulare reperitur, quod
reliqua Sacraenta tunc primum sanctificandi vim
habent, cum qui illis utitur: at in Eucharistiæ ipso
sanctitatis Author ante usum est.

2. Omnia alia Sacraenta ordinantur ad Eu-
charistiam tanquam ad suum finem universalem:
cùm ordinentur ad Deum & Christum, qui in Eu-
charistiæ

charistia continetur, & effectus Eucharistia est
conjunction coedentis cum Christo, ad quam
conjunctionem alia Sacraenta vel conducunt vel
eandem significant.

3. Omnia alia Sacraenta habent virtutem
causandi gratiam dependenter ab Authore gratiae,
qui in Eucharistia realiter continetur, unde refe-
rente S. D. loc. cit. in arg. sed contra S. Dionysium cap. 3. Eccles. Hierat. dicit, quod non contingat aliquem perfici perfectione hierarchicâ, nisi per Divinissimam Eucharistiam. Ad quod ostenden-
dum confertur Eucharistia ordinariè in usu aliorum
Sacraementorum, unde secundum Ritum Ecclesie
ordinati communicant, & etiam baptizati si sint ad-
ulti, & confirmantur hæc omnia ex præcipua re-
verentia, quam Ecclesia Sacramento Eucharistia
exhibit.

Dictum est in conclusione, *simpliciter loquendo*: quia secundum diversam considerationem in diverso ordine alia Sacraenta præcellunt: quoad necessitatem Baptismus; quoad perfectionem ministrum Ordo & Confirmatio, quia conferuntur a solis Episcopis, & constituitur homo per Ordinem in sublimi gradu & per Confirmationem in militiâ Christi, Pœnitentia & extrema Unctio ordinantur ad vitam Christianam non per se sed per accidens scilicet in remedium & post iapsum & inter hæc Pœnitentia est majoris necessitatis, extrema Unctio majoris perfectionis. Denique in ratione signi præcellit Matrimonium, quod idcirco vocatur Sacramentum magnum, quia excellen-
tissimum mysterium videlicet unionem naturæ Di-
vinæ cum humana in Christo & conjunctionem Christi cum Ecclesia significat

DI ESSEN
D I S
De Essenti

DICO:
stitui

DISPU-